

finiti homines perditū sequūtur. Et quod est intolerandum, aiunt se obedientiam reliquisse, noui testamenti doctrina maxime instructis. Vbi hoc legisisti o hæretici in nouo testamento? Nusquam quidem. Imò dicitur Paulus in epistola ad Romanos contrarium docet: ita enim ait cap. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Hæc apostolus: vbi per omnem animam Hebræorum more intelligit omnes homines, quibus præcipit, vt subiecti sint regibus, & publicis magistratibus, quemadmodum præcipit Deus: nam qui illis resistunt, Dei ordinationi resistunt. Quid apertius potera dicere apostolus? Et cap. 6. ad Ephesos: Serui, inquit obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Et cap. 3. ad Titium: Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. Et 13. ad Hebræos: Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Et D. Pet. apostolorum princeps ca. 2. epistolæ suæ prioris: Subiecti estote omni humanæ naturæ propter dominum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas Dei. Et paulò post: Regem honorificate. Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantam bonis & modestis, sed etiam dyfcolis. Quod verò dicit: Subiecti estote omni humanæ creature: intelligendum est iuxta materiam, de qua agitur, nimirum de principibus & præsidibus, quibus est obediendum. Nam scholia Græca aut creaturam ibi ab apostolo sumo pro principatu & potestate. Per dyfcolos verò intelligit magistratus prauos, asperos, & dyfciles: quibus ait tribuendam esse obedientiam propter Deum, & regi ac imperatori obtemperandum. Id præcepit dominus Iesus in euangelio, cum dixit: Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Nonne sunt perspicua hæc testimonia? Quis ea negabit, nisi fuerit tætris tenebris omni-

no coopertus? Et tamen negant ea Lutherani, quia horribili animi cæcitate, & diabólico furore rapiuntur. Obediunt mare Mosi, & sol Iosue, & illi nec præsidibus, nec regi, nec summo Pontifici, nec ipsi Deo volunt obedire. Qui parer, seipsum vincit, & est hæc admirabilis excellentiq; victoria. De illa ait Salomon Prover. 21. Vir obediens loquetur victoriam. Apes obediunt regi suo, grues duci suo, oues pastori, mare influentiæ lunæ, globi cœlestes primo mobili, omnia denique inferiora superioribus. homo est, qui obedire recusat. Quemadmodum aurum parer malleo, vitrum non item, sic viri humiles & sapientes præfecti obediunt, impii autem superbi & insolentes haudquaquam. Vt cera igne calefacta facile flectitur, figuræque, rei cui infunditur, recipit, quod sine igne non facit, sic qui sunt igne diuini amoris incensi, facile obedunt, & voluntati præsidū accomodantur. Ipsi enim præfides ministri Dei sunt, & qui illis parer, Deo parer. Ante legis lationem præcipiebat Moses nonnulla Hebræis, quæ illi feruare nolebant. Et Deus dixit illis Exodi decimo septimo, Vtque quo non vultis custodire mandata mea? Non dicit, mandata Mosi, sed mandata mea. Præfides mandata honesta & iusta Dei esse contenta sunt. Vnde Christus dominus apud Lucam decimo. cum præsulibus loquens, Qui inquit, vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Quid est præstantius, quid gloriosius, quam pro Christo parere hominibus, & propriam voluntatem voluntati præfecti subijcere? Hoc est excellens quoddam sacrificium, & admirabile virtutis & sapientie ornamentis exculsi in Gallia, Germania, & Britannia nostra hac memoria pro hac veritate defendenda, & ecclesiæ sanctæ Romanæ catholicæ obedientia sustentanda fuerunt ab hæreticis interfecti, sed morte illa immortalitatem consecuti sunt in æterna beatitudine, & in hac vita nullas ætas de illo: uno laudibus conticefecer. Qui erunt homines tam inculci, qui eos non offerant laudibus? quæ tam immemor posteritas, quæ illorum decus non æterni-

Rom. 13

Eph. 6.

Tit. 3.
Heb. 13
a. Pet. 2.Matt. 23
Mar. 12.
Luc. 10.Exod. 14
Iosu. 10

Prou. 31

Similitudo.

Similitudo.

Exo. 17.

Luc. 10.

æterni-